# Sebaſtiani Medicis Florentini, Iuriſconſul.

Equitis Diui Stephani, &
Protonot. Apoſtol.

*Tractatus de Regulis Iuris*

# Pars Secunda:

*Nunc primùm in lucem edita,*
Cum Indice materiarum locupletiſs.

*CVM PRIVILEGIO.*

*VENETIIS, APVD IVNTAS.*
M D LXXV.

# LECTORI.

SI, quanta ſit utilitatis præſens de Regulis iuris tractatus, dicere conarer, fruſtra in hoc demonſtrando deſudarem: nam cuiq; quid momenti ſit, quid ue fructus ſecum omnibus in rebus regula afferat, patere certò ſcio. Nulla enim res abſque hac abſolutum perfectionem ſortitur. Quid enim aliud hac in re noſtra eſt Regula, niſi compendioſa plurium rerum traditio? quod in legibus cernere licet, in quibus germana uiuendi regula conſiſtit. Nanque, iuxta Vlpiani, Iuriſconſulti doctißimi, ſententiam, iuris præcepta ſunt,

# SEBASTIANI Medicis de Regulis Iuris Pars ſecunda.

## *SVMMARIA.*

1 *Similium eadem ſententia eſt.*
2 *Negotia ſunt plura, quàm uerba.*
3 *Argumentum a ſimili, deſtruitur per diſſimilitudinem quandam.*
4 *Similitudo ſufficit, quòd ſit in ratione.*
5 *Simile quid ſit.*
6 *Similitudo triplici modo capitur.*
7 *Concurrentibus duob. ſimilibus, magis ſimile eſt eligendum.*
8 *Similitudo eſt conuenientia rationis.*
9 *Ius idem ſtatuitur, ubi eadem ratio eſt.*
10 *Idem quid ſit.*
11 *Similitudo quo in caſu procedat.*
12 *Expreſſio quorundam caſuum non excludit ſimiles.*
13 *Simile appetit ſibi ſimile.*
14 *Similitudo uultus, quando arguat filiationem.*
15 *Simile qualiter, & quando trahatur ad ſibi ſimile, uel non, uide nume. ſeq. latè.*

## Regula I.

1 SIMILIVM† eadem ſententia
eſt, l. non poſſunt, ff. de leg. ibi,
non poſſunt omnes articuli ſi-
gillatim, aut legibus, aut Sena-
tuſconſultis comprehendi: ſed
cum in aliquo caſu ſententia eorum manife-
ſta eſt, is, qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia
procedere, atque ita ius dicere debet. conc.
2 ratio, quia cum† plura ſint negotia, quàm uer-
ba, l. 4. ff. de præſcr. uerb. dixi ego in meo
tract. de leg. & ſtat. par. 2. q. 15. num. 2. non
poſſunt omnes caſus legib. complecti, d. l. nõ
poſſunt, cum qua conc. etiam §. & quia, Inſt.
quod cũ eo. l. 3. §. proinde. ff. de in rem uer-
ſo. Crau. tract. de Antiq. tẽp. par. 1. §. Propo
ſitum. nume. 5. Abb. c. licet, num. 11. de Si-
3 mon. ubi dicit,† quod argumentum a ſimili
deſtruitur per diſſimilitudinẽ quandam. idẽ
c. inter, nume. 18. de transl. epi. c. conſtitu-
4 tus, nume. 5. de appell. †& ſufficit quòd ſit in
ratione, licèt in facto diuerſitas eſſet, idem c.
fin. §. in his numer. 53. ut lite non cont. c.
quoniam, nume. 6. eod. titu. Aug. Ber. conſ.
75. nume. 10. uol. 2. conſ. 4. nu. 6. uol. 1. Ri-
pa l. 1. nu. 2. ff. de leg. 1. l. naturaliter §. nihil
commune, num. 23. ff. de acq. poſſ. c. inter.
num. 75. de reſcr. Alber. tract. ſtat. lib. 2. q.
5. num.